

phalis traditur. — 2) *Accepit Nerva ornamenta triumphalia a. 65, cum praetor esset designatus* (*Tac. ann. 45, 72*).

274 Libertati ab imp. Nerva Ca[es]ar[e]¹ Aug., anno ab urbe condita DCCCXXXIX XLI [k.] Oc[t.]², restitu[tae] s. p. q. R.

Romae in Capitolio (VI 472, semel descripta ante saec. IX, quod exemplum tradunt vetus codex Einsidensis et ex simili codice Poggiius). — 1) Calari, 2) XIII Oci traditur. Annus 848 aerae Capitolinae respondet anno p. Chr. 96; XIII kal. Oct. (18 Sept.) dies est, quo occiso Domitiano Nerva imperator factus est (Suet. Dom. 47). Libertatem tunc redditam esse ait etiam Plinius ep. 9, 45, 4 (similiter Tac. Agr. 5); et extant nummi Nervae inscripti Libertas publica (Cohen 2 p. 10).

275 imp. Caesari Nervae Aug. | p. p., cos. II¹, civitas Citiensium.

Citii (hodie Larnaca) in Cypro: descriptis saeculo superiore Dom. Sestini (III 246). — 1) Consul primum Nerva fuerat a. 74, consul iterum a. 90; hic titulus positus a. 96, cum kal. Ian. 97 tertium consul dici coepitus sit.

276 imp. Nervae Caesari Aug. | pontifici maximo, tr. | [p]otest., p. p., cos. III | [desi]g. III¹, Pudens Aug. lib. | [p]rocurator | [de su]o posuit.

Prope Hispalim in fodiinis aerariis antiquis, hodie de Rio tinto vocalitis, rep. lamina ahenea, nunc Matriti (II 936). — 1) A. 97. Tribuniciae potestatis numerus potest omissus esse, ut omittitur etiam in titulo IX 5969.

277 imp. Nerva | Caesar | Augustus | Germanicus¹ | pontifex | maximus, | tribunicia | potestate II, | cos. III | designatus III, | pater patriae, | faciundum curavit.

Romae (VI 952). — 1) Germanicus dictus est Nerva cum Traiano mense Octobri vel Novembr. a. 97 (cf. Eckhel 6, 406).

278 [i]mp. Nervae | Caesari Aug. | pontif. max., | trib. pot. III, | cos. III¹.

Salonis (Spalati) rep. a. 1874 (III S. 8705). — 1) A. 97. Quod Nerva, imperator factus mense Sept. a. 96, ante kalendas Ianuarias anni 98 dici potuit tribunicia potestate tertium, argumento est iam sub Nerva coemptum esse, ut tribunicia potestas renovaretur d. 40 Dec. Nec tamen ubique haec ratio usurpata est: extant enim nummi inscripti imp. Nerva Caes. Aug. p. m. tr. p. II cos. III p. p. (Eckhel 6, 409), cusi (ut quartus consulatus ostendit) anno 98. Cf. Mommsen Staatsr. II³ 799 not. 5.

279 [imp. Nervae | Caes]ari A[ug. | Ger]m. pont. max., | [trib. p]ot. II, imp. iter., | [cos.] III¹. p. p.. | [d.] d.

Brixiae (V 4314 vidit Mommsen). — 1) A. 98 (vel si suppleris [cos. des.] III, a. 97).

280 imp. Caesar | Nerva Aug. Germ. | pontif. max., trib. | potest. III, cos. III¹, p. p., | viam a Tripontio ad | Forum Appi ex glare a | silice sternendam | sua pecunia incohavit; | imp. Caes. | Nerva divi Nerv[ae f.] |